

1032, maig, 29

*Oliba i la seva esposa Faquil fan donació al monestir de Sant Daniel d'un alou situat al comtat de Girona, al terme de Vila-roja.*

ASD núm. 6, perg. orig., 82 x 380 mm.

In nomine Domini, ego Oliba et uxor mea Fachilo. Placuit animis nostris et placet ut carta donationis fecissemus ad Sancti Danielis cenobii puellarum de ipsum nostrum alodium quem nos habemus in comitatu Gerundense, in terminio de Uilla Roga, qui nobis aduenit per comparatione uel per quaecumque uoce, et sunt muiadas .nu.or enfer duos locis a dextros de alnes .VI. et dimidium pede; et affrontat ista terra de parte orientis in terra Sancti Danielis, et de meridie in terra de Alba femina uel de filiis suis, et de occiduo in ipso albio Unnar, et de parte uero circii in terra de Bernad Ato; et in alio loco affrontat de orientis in flumen Unar, et de meridie in terra Sancti Petri, et de occiduo in terra Sancti Danielis uel de Sancti Petri, et de parte uero circii in terra Sancti Danielis. Quantum infra istas totas affrontationes includunt, sic donamus nos ipsum alodem aut proprium cum exiis et regressiis earum ad domum Sancti Danielis qui est situs prope Gerunda ciuitate. Quod si est ullus homo uel femina qui contra ista carta donatione uenerit pro inrumpendum, non hoc ualeat uindicare quod requisierit, set componat ista omnia in duplo cum sua inmelioratione, et inantea ista donatione firma permaneat omnique tempore.

Facta ista carta donatione .un.to kalendas iunii anno .XXXVI. regnante Robertus rex.

Sig+num Oliba, sig+num Fakilo, qui ista carta donatione fecimus, firmamus et firmare rogauimus. Sig+num Guinardus. Sig+num Gocfred. Sig+num Bernad. Sig+num Dalmacius. Soniarius presbiter (*s. man.*)\*.

(*s. man.*) Mir presbiter, qui ista carta donacione scripsit cum d\_ie et anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 69-70